



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 161. Qualia Beneficia & à quibus permutari possint.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42600**

*strop. Levr. q. 816.*, quia hîc datur nova collatio, ergo cùm beneficium non vacans conferri non possit, præcedit vacatio: quod *Conf.*, nam collatio sequi potest post permutationem, fit enim aliquando, ut si duo permulent, Papa uni Romæ præsentî conferat beneficium & committat Ordinario in partibus, ut etiam diu post conferat alteri: Similiter potest Titius coram Episcopo suo permutationis causâ dimittere beneficium unum, & prius post aliquot menses recipere beneficium, quod Cajus in alia diocesi coram suo Episcopo in ejus favorem dimitteret, *Rebuff. Senis, Az. Levr. q. 864.*

1083 §. III. Si verum est, quod permutatione vacent beneficia, videtur consequenter dicendum, quod turnus consumatur per collationem factam ex vi permutationis, uti per factam ex quacunque alia vacatione, nisi aliud habeat statutum, pactum vel consuetudo, *Gonz. Chok. Levr. q. 876.*

1084 Q. 161. Qualia beneficia, & à quibus permutari possint. R.

§. I. Permutari non potest beneficium cum non beneficio; unde permutari non potest cum jure-patronatûs, decimis, capella, hospitali, præstimonio; intellige, si hæc non sint erecta in titulum: Nec cum Commenda beneficii, quia deserviens non habet titulum; nec cum titulo patrimonii, quia non est quid perpetuum, AA. communiter cum *Levr. p. 3. q. 821.* Nec verum beneficium permutari potest cum ficto, quod vocatur, *de pertica*, uti nec cum beneficio simoniacè obtento. Vide *Levr. q. 822. 823.* Putarunt tamen viri docti, quos interrogavi, Titium ordinatum super quibusdam Missis legendis, juncto his patrimonio, posse hunc suæ ordinationis titulum etiam apud Ordinarium permutare cum beneficio Caji, si titulus ille Titii auctoritate Ordinarii

narii fiat perpetuum etiam in Cajo, ita ut hic privari nequeat, quoad vivet: & ita in Coloniensi Archidiecepsi jam ab 80. annis practicum esse testatur vir omni exceptione major.

§. II. *Az. Paris. Less. Garc. Zerol. Corr. Tond. 1085*  
*Leur. q. 820.* putant contra *Castrop.*, ad permutationem prærequiri jus in re in beneficiis, ideoque jus ad beneficium non posse coram Ordinario permutari cum beneficio vel cum simili jure ad beneficium: Similiter *Abb. Paris. Garc. Az. Castrop. Leur. q. 752. n. 3.* docent contra *Suar. Less. Gamb. Ordinarium* non habere potestatem admittendi permutationes jurium acquiritorum per electionem, præsentationem expectativam &c. Et hæc sunt conformia dictis n. 980.; imò *Chok.* putat non valere permutationem factam per procuratorem eo tempore constitutum, quo principalis non habebat jus in re, licet tunc habeat, quando procurator permutat, sed vide dicta n. 1033.

§. III. Permutari possunt Beneficia necdum possessa; item possessa cum non possessis, *Coras Mant. Garc. Chok. Tond.* Etiam solo verbo collata à Papà, *Masc. Rebuff. Chok.* Etiam electiva *Gemin. Chok.* Etiam exempta, sed tantum coram illo, qui potest horum resignationes admittere, *Chok. Pirb.* Etiam consueta optari, *Az. Chok.* Etiam dignitas cum simplici beneficio, *Mant. Chok. Leur. q. 827. n. 1.* Etiam una prælatura cum alia, uti Præpositura cum Archidiaconatu, *Chok.* Etiam Curata cum non Curatis, *Az. Chok. Ventrig.* Etiam plura cum uno, *Rebuff. Nav. Az. Garc. Castrop. Chok.* Vide *Leur. q. 824.* Requiritur tamen, ut si Ordinarius permutationem admittat, hic possit talia duo simul concedere, *Leur. q. 854. n. 4.* Etiam permutari possunt pingua cum tenuibus, dummodo fraus absit, & ordinatus

ordinatus

ordinatus super pingui possit se decenter alere proventibus tenuioris aut aliunde, *Az. Ventrig. Leur. q. 827. n. 1.* Etiam existentia in diversis diocesis, uti dicitur n. 1095. Etiam illud, quo quis esset per sententiam privandus, non tamen si sit privatus, secundum dicta n. 985. & *Leur. q. 830. 831.* contra alios. Etiam, secundum *Mol. Tiraq. Garc.* apud *Leur. q. 832.*, prohibitus acquirere novum beneficium potest suum cum alio permutare. Item fieri posse permutationem, quamvis super utroque vel eorum uno sit alicui tertio concessa expectativa, docet ex *Cap. Licet*, de rer. permut. in 6. *Purb. l. 3. t. 19. n. 35.*, sed *Paris. & Leur. q. 825. n. 1.* contradicunt, hinc declaravit *Rota*, quam sequuntur *Put. Paris. Leur. q. 296.* posse expectantem subintrare in tale beneficium.

1087 §. IV. Beneficium Papæ reservatum & permutationis causâ resignatum, amissum est à resignante, qui ad illud redire non potest, *Tusch. Mant. Tond. Chok.* Nec permutatio illa expediri potest coram Ordinario aut Legato à latere, quia illud conferre non possunt, *Paris. Tond. Lott. Leur. q. 295. 825. 854.* Nec beneficia unita permutari possunt, uti nec resignari, secundum dicta n. 979. Item fieri non potest permutatio beneficiorum, si super eorum uno quis ordinatus sit, nisi observatis illis, quæ n. 983. dicta sunt. Nec permutari possunt, si unum sit litigiosum, *Paris. Az. Barb. Castrop. t. 13. d. 6. p. 3. §. 2. n. 6.* Vide tamen dicta n. 982. & *Leur. q. 825.* Nec illud potest resignari in favorem aut permutari, quod quis habuit, si in obtentione alterius addita sit clausula de dimittendo illo præhabito, alioquin utrumque vacabit in manibus Papæ, *Garc. Chok. Leur. q. 828.* Similiter dispensatus ad beneficium, quod habet, non potest aliud acquirere per permutationem

rationem, quia dispensatio, utpote odiosa, extendi non debet ad aliud beneficium. Vide *Leur.* q. 835. Et idem est, si permutet bigamus aut alius similis dispensatus ad hoc tantum beneficium, quod habet, *Leur.* q. 840. Hinc etiam habens ex dispensatione duo alioqui impossibilia, non potest hæc permutare cum altero, nisi & hic similem dispensationem obtineat, quia dispensatio non transit ad aliam personam, *Az. Castrop. Pirh.* n. 28.

§. V. Quod attinet ad illos, qui permutare possunt, I. si accepisti beneficium animo dimittendi, potes permutare, uti posses resignare, quidquid contradicat *Chok.* apud *Leur.* q. 833. 2. Si senex vel infirmus permutet, est præsumptio fraudis, si autem fiat ex fraude, permutatio nulla est ex parte fraudulentæ, *Paris. Leur.* q. 835. 3. Si illegitimus obtinuit beneficium in Ecclesia, in qua habet aut habuit ejus pater, potest imò debet resignare aut permutare intra tres menses, *Trid. Sess. 25. c. 15. de Ref.* Vide *Leur.* q. 838. 4. Si permutet excommunicatus, suspensus, irregularis, criminofus, infamis, illiteratus, non habens ætatem requisitam &c., permutatio est irrita respectu habentis talem defectum, valet tamen respectu alterius, qui novæ collationis capax est, *Leur.* q. 839. & seqq. *Nec obstat*, quòd habens talem defectum, licet habilis sit ad retinendum illud, quod habet, tamen sit inhabilis ad acquirendum novum beneficium, adeoque non videatur debere amittere suum, nam quòd sit inhabilis, non est culpa alterius, ergo hic non ideo impeditur, quominus acquirat beneficium ab ipso dimissum, *Castrop. Leur.* q. 310. n. 13.

Q. 162. *An permutatio fieri possit per procuratorem.* R. Affirmativè etiamsi procurator sit laicus: potestque unus idemque esse procurator utriusque

1088

1089